

27. — Reynburg Westphalen, Tochter des Heinrich und der Witwe Jacob von Boekel, für deren Seelenruhe ein Stück Land in Aremerswet geschenkt wurde, welches jährlich einbringt, ausserdem wurden gegeben 7 Pfund, im Jahre
28. — Syburg, für deren Seelenruhe ein in Backem gelegenes Stück Land gegeben wurde.
- Walter, Sohn des Wilhelm Soyên, der uns 5 Pfund vermachte und neben seinem Vater im Paradies, 1271, begraben wurde.
- Starben Diderich Fie und seine Frau Hasekin, für deren Seelenruhe ihr Sohn , Mönch, gegeben hat.
- Starb Johann von Egmond, Bannerherr, Sohn des Walter von Egmond und Beatrix von Egmond, 1369, und wurde zu Ysselstein begraben.
- Heinrich, genannt Walger, Laienbruder, 1319, der eine Rente von 10 Schillingen gestiftet hat und auf dem Bruderschafts-Kirchhof beerdigt wurde.
- Johann v. d. Sande, Priester, 1378, der 5 Pfund vermachte und auf dem Bruderschafts-Kirchhof begraben ist.
30. — Otger, Sohn der Mechtild, Laienbruder, der eine Rente von 10 Schillingen hinterliess.
- N. . . . unseres Conventes, der im Jahre 10 Pfund vermachte.

Hier endigt das Necrologium mit der Bemerkung, dass es geschrieben sei durch Fr. Balduin von s'Gravenhage, Mönch der Abtei Egmond im Jahre 1530.

Das Wilheringer Formelbuch »De kartis visitacionum.«

Herausgegeben von Dr. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

(Fortsetzung zu Heft IV. 1898, S. 587—601.)

16.

(1342[?]-1346.) . . . (Säusenstein.) — *Abt Johannes (I.) von Säusenstein bittet den Abt Hart(wig) von Reun, den Professen jenes Stiftes, Ruegerus, entweder noch länger zu behalten oder nach Sittich zu senden.*

Littera emissoria.

Reverendo in Christo patri et domino, domino *Hart(wigo)*¹⁾
venerabili abbati in *Ruena*²⁾ frater *Iohannes*³⁾ dictus abbas in

¹⁾ 1331—1349 (vgl. Xen. Bernard. III, 13).

²⁾ Reun in Steiermark.

³⁾ Johannes I. 1342(?)—1346 (vgl. Erdinger a. a. O. 11).

Valle Dei cum oracionibus devotis quidquid poterit obsequii, reverencie et honoris. Cum fratrem *Ruegerum* domus nostre filium, vestre benignitati a nobis anno preterio ob specialem confidenciam directum per istum annum servaveritis et idem propter quasdam inimicieas nobiscum non potest¹⁾ permanere, rogamus paternitatem vestram cum affectu, quatenus si vos ipsi eundem diucius tenere nolueritis nec conversacio ipsius vobis placuerit, ut tunc eum in filiam vestram in *Sittich*²⁾ cum litteris vestris et nostris, quas lator presencium vobis exhibebit, vel aliam remotiorem domum dirigere studeatis. Nec remittatis eum ad monasterium nostrum, presertim cum commode propter quasdam causas ibidem non poterit stare, prout ex litteris illustris domine de *Waltsee* fundatrici nostre³⁾ poteritis elicere, et nostram nichilominus videlicet alibi faciendo professionem habeat plenariam potestatem.

17.

(1333—1345.)... (*Stams*.) — *Abt Ulrich von Stams schickt dem Abte H(ermann) von Wilhering dessen Professprieſter Ch. zurück.*

Littera remissionis.

Reverendo in Christo patri ac domino, domino *H(ermann)* venerabili abbati in *Wilhering* frater *Ulricus*⁴⁾ abbas in *Stams*⁵⁾ reverenciam et obedienciam⁶⁾ debitam et devotam. Quamvis ob reverenciam ordinis et karitatem et vicissitudinem domus vestre fratrem *Ch.* monachum et sacerdotem vestrum pro spacio, quod vestra peticio continebat, affectaremus colligere et servare, propter completum tamen numerum ex diffinicionibus deputatum, quem

¹⁾ possit? Doch vgl. das folgende *cum — poterit*.

²⁾ Sittich in Krain.

³⁾ Dass die Gründerin von Säusenstein Anna geheissen, ist bekannt. Eberhard III. von Waltsee-Linz hatte aber nach einem alten Todtenbuche von Säusenstein zwei Gemahlinnen dieses Namens: Anna von Neuhaus und Anna von Losenstein (vergl. Erdinger a. a. O. S. 5). Welche von beiden darf nun als Stifterin gelten? Man beachte Folgendes: 1336, 19. IX., übergeben *Eberhardus de Waltsee... Annaque uxor eius... de bona voluntate nostrorum liberorum Eberhardi, Hainrici ac aliorum* die Stiftung von Säusenstein dem Kloster Wilhering (Urkunden-Buch des Landes ob der Enns VI, 215, Nr. 210); 1352, 5. V., aber sagt der soeben erwähnte Sohn Eberhards, Heinrich *der jung von Waltsee von Linz: Ich thuen klundt... das ich mich verpundten han... den brief zu besiegeln, den mein liebe frau mein muetter dez erbern herrn Hardtneyden tachter seligen von Losenstein gegeben hat irr vettern* (ebd. VII, 280, Nr. 275). Ist der Ausdruck *mein muetter*, im Sinne der leiblichen, nicht in dem der Stiefmutter zu nehmen, so war die Gründerin von Säusenstein Anna von Losenstein. Diese wäre dann auch an unserer Stelle gemeint. Uebrigens bezeichnete man im Mittelalter mit *fundatrix* nicht blos die Gründerin, sondern auch deren weibliche Nachkommen und die Gemahlinnen der männlichen Sprossen des Gründers.

⁴⁾ Ulrich von Rietz 1333—1345 (vergl. Xen. Bernard. III, 378).

⁵⁾ Stams in Tirol.

⁶⁾ Nach obedienciam *tam* durchstrichen.

ad presens tenemus, et propter anni presentis in vino et blado sterilitatem domui nostre imminere periculum formidantes ipsum non suffecimus conservare. Vestra igitur paternitas veneranda, quia ipsum ex hiis causis remisimus, [F. 14] benigne excipiat et paterne in omnibus sibi habeat recommissum nosque pretextu necessitatum nostrarum premissarum karitative habeat excusatos, cum nos alias omni possibilitatis et oportunitatis tempore vobis et domui vestre in similibus et omnibus desideremus libentissime deservire. Datum, ut in patentibus est expressum.

18.

(1342[?]-1346.)... (Säusenstein.) — *Abt Johannes (I.) von Säusenstein sendet den Professpriester Ot. an den Abt H(ermann) von Wilhering mit der Bitte, die über den Profess jenes Stiftes, Ruegerus, verhängte Strafe zu mildern.*

Reverendo in Christo patri et domino, domino H(ermann) venerabili abbati in *Wilhering* frater *Johannes* dictus abbas in *Valle Dei*, prior totusque conventus ibidem cum devotis oracionibus debitam, filialem, humilem obedienciam perhenniter indefessam. Exhibitorem presencium fratrem *Ot.* monachum et sacerdotem domus nostre duximus transmittendum rogantes intimo ex affectu expositionem nostrarum turbacionum ex parte utriusque fundatoris et fundatricis pie attendatis et graciose indulgentes mitigantes penam fratris *Ruegeri*, si male forte¹⁾ fecit, ad specialissimam instanciam nostre graciosissime matris domine fundatricis letificantes eam sine opinione propter deum.

19.

(1335-1350.)... (*Baumgartenberg.*) — *Abt R(upert? Reinhard?) von Baumgartenberg meldet dem Abte H(ermann) von Wilhering, dass die Aebte von Oesterreich in diesem Jahre das Generalcapitel nicht besuchen würden.*

Reverendo et in Christo per dilecto patri domino H(ermann) venerabili abbati in *Wilhering* frater *R.*²⁾ dictus abbas in *Pawm-gartenperig*³⁾ cum oracionum libamine devotarum quidquid poterit obsequii, reverencie debite et honoris.

Paternitatem vestram pro constanti scire volumus per presentes, quod dominus *Sancte Crucis* et ceteri reverendi patres coabbates sui de *Austria*, sicut veridica relatione percepimus, hoc anno generale capitulum nullatenus visitabunt. De aliis vero patribus, utpote de *Bohemia* et *Vngaria*, quomodo vel quando ituri sint, nichil penitus nobis constat. Ceterum de congratulacione

¹⁾ fore.

²⁾ Rupert I. 1335-1337 oder Reinhard I. 1337-1351 (vgl. Archiv für Kunde österr. Gesch.-Quell. XII, 32).

³⁾ Baumgartenberg in Oberösterreich.

dignitatis et sublimitatis nostre¹⁾ vobis ad graciaram acciones
asurgentes humiliter inclinamus.

20.

(1342[?]-1346.) . . . (Säusenstein.) — *Abt Johannes (I.)
von Säusenstein schickt dem Abte H(ermann) von Wilhering den
Professen dieses Stiftes, Albert, zurück.*

Absolucio monachi.

Reverendo in Christo patri et domino, domino *H(ermann)*
venerabili abbati in *Wilhering* frater *Iohannes* dictus abbas in
*Valle Dei*²⁾ cum oracionibus debite subieccionis obedienciam et
reverenciam tam humilem quam devotam. Noveritis, domine, quod
de mandato vestre dileccionis ac de consensu et voluntate domini
vobis remittimus latorem presencium fratrem *Albertum* cum abso-
lucione domus nostre professionem utpote virum laudabilis et honeste
conversacionis, qui nobiscum tam quiete ac pacifice stetit, ut om-
nium nostrum favorem et graciam se gaudeat assecutum. Quare
vestre supplicamus paternitati, quatenus ei de cetero sinum clemencie
ac paternum affectum ostendatis et hoc nostrorum obsequiorum
intuitu et amore.

21.

(1336?) . . . (*Wilhering.*) — *Abt H(ermann) von Wilhering bittet
seinen Vaterabt, Al(bert) von Ebrach, ihm in seinen Bedrängnissen
beizustehen.*

Littera consilii et turbacionis.

Reverendo in Christo patri et domino honorando, domino
Al(berto) venerabili abbati de *Ebera* frater *H(ermannus)* dictus
abbas in *Wilhering* cum [oracionibus] obediencie et reverencie
fidelissimum famulatum. [F. 15] Habita oportunitate nuncii pater-
nitatem vestram [scire] cupimus, quod, proh dolor, infinitis et
multiplicibus angariamur miseris et erumpnis tum eciam ex terre
Australis disturbio et gwerrarum discrimine tum ex creditorum
nostrorum requisicione³⁾ tum ex anni pestilencia, ex quibus omnibus

¹⁾ Ist damit etwa die Erhebung zur äbtlichen Würde gemeint? In diesem Falle wäre die Urkunde 1335 oder 1337 geschrieben.

²⁾ 1328—1344 (vgl. Sellner a. a. O. 116).

³⁾ Vgl. die Urkunde, welche gegenwärtig das Rückblatt (Pg.) der Wilheringer Hs. IX, 105 bildet und leider durch Beschneiden sehr gelitten hat:

Patribus et dominis suis honorandis domino *Iohanni* abbati *Cysterciensis* ceterisque diffinitoribus proxime venturis frater *Hermannus* dictus abbas de *Hylaria Pataviensis* dyocesis totusque conventus dicte domus sui humilem . . . cum plenitudine reverencie et honoris. Ad universitatis vestre noticiam deducimus per presentes, quod nostrum monasterium adeo est . . . et, quod est periculosus, sub usurarum voraginibus obligatum ac bonis temporalibus destitutum propter gwerras, superfluitatem . . . annorum et diversa gravamina, quod nisi debite circumspeccionis providencia sublevetur, desolacionis perpetue seneiet . . . Igitur causis pressuris et

circumquaque pregravati, prout frater *Vlricus* reverendi patris, domini nostri abbatis *Morimundensis* cappellanus vos verborum oraculo, prout vidit et audivit, poterit informare. Unde vestri paterni consilii presidio cupientes desiderabiliter animari vestrum ad nos adventum ferventi animo prestolamur sperantes, quod super filio in talibus turbacionum fluctibus involuto paterna viscera debeant commoveri. Ceterum optamus vos prospere ac iocunde vivere et valere.

22.

(1351—1357.) 11. Juni. (*Baumgartenberg*) -- *Abt Christian von Baumgartenberg schickt dem Abte W(ernhard) von Wilhering dessen Professoren N. zurück.*

Littera remissionis monachi.

Reverendo in Christo patri et domino, domino *W(ernhardo)* abbati in *Hylaria* frater *Christianus*¹⁾ dictus abbas in *Paumgartenperig* cum oracionibus quicquid poterit beneplaciti et honoris. Exhibito rem presencium fratrem *N.* vestrum in Christo filium, quem ad proprium ovile ovium placuit revocare, cum laudabili

erumpnis occurrere volentes remedio opportuno non solum per duos dies interpolatos, sed... in unum convenimus diversas vias et modos querendo, per quas posset nostra prefata domus respirare. Verum cum notarium... modo non possemus, venerabilem patrem dominum *Heinricum* abbatem de *Cella Angelorum* loco tabelionis ad nostram vocavimus... statutis sanctissimi in Christo quondam patris domini Benedicti pape XII expressius est mandatum. Iterumque in unum... congregati. Nostra singulorum et omnium sub eo fine resedit intencio nobis omnino magis expedire, ut distraheremus... obilia ad vitam quarundam personarum seu ultra quinquennium usque ad summam octingentorum fl. pro solucione debi... rencium ad usuras. Item cum habeamus aliquas possessiones minime utiles vel a monasterio remotas et modicum et fre... ntes inde fructum, ita quod quandoque illic plus inpendimus (!) quam tollamus (!), vestram paternitatem humiliter precum instancia exoramus... concedere dignemini, ut nobis liceat easdem possessiones pro melioribus vel saltem pro equivalentibus permutare, concedendo... cito possessionem vendere aliqua bona, ut premittitur, ad vitam vel ad certum tempus et pro nostri monasterii relevamine speciali... ominus ut illud negocium utiliter terminandum venerabilibus patribus *Altivadensi* et *Celle Angelice* abbatibus committatur... nostrum monasterium, si de celeri remedio non providebitur, ad tantam, sicut timendum est, paupertatem deveniet, quod de facili non adiciet... Datum sub sigillis nostris, abbatis videlicet et conventus monasterii antedicti, anno domini millesimo trecentesimo XI. secundo in... encii martiris. Nos eciam frater *Heinricus* abbas de *Cella Angelorum*, qui loco publici notarii in omnibus dietis... interfuimus, sigillum nostrum in testimonium omnium premissorum litteris presentibus duximus adponendum anno et die. (Auf dem Rücken die Bemerkung: *Hic tractatus non est exauditus, quia non continentur in ipso nomina et cognomina tractancium nec duo vel tres dies interpolati, ut in constitutionibus plenius continetur.*) Unter den *gverre* dieser Urkunde, wie unseres Schreibens, sind wohl die Kämpfe von 1336 gemeint (vergl. Font. rer. Austr. II. 8, 524; Monum. Germ., Script. IX, 682; Linck, Ann. Clara-Vall. I, 704).

¹⁾ Christian II. 1351—1357 (vergl. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quell. XII, 33).

sue conversacionis apud nos testimonio paternitati vestre remittimus pro ipso humiliter supplicantes, quatenus eum amore nostri solite pietatis gremio foveatis verissime cognoscentes, quod ipsum propter vite sue meritum sine ¹⁾tedio usque ad diem sue mortis servassemus. Eapropter ipsum a vobis taliter petimus pertractari, ut erga vestram paternitatem nostras preces cum effectu sibi gaudeat affuisse. Datum feria secunda post Primi et Feliciani martirum.

23.

(1349—1385.)... (Nepomuk.) — *Abt Otto von Ebrach meldet dem Abte von Wilhering, dass er zur Visitation kommen werde.*

Venerabili et in Christo sibi karissimo coabbati suo in *Wilhering* frater *Otto*²⁾ dictus abbas in *Ebera* sinceram in domino karitatem cum salute. Dilectioni vestre significamus, quod deo duce secundum ordinis nostri instituta gracia visitandi ad vos venire intendimus. Quare volumus, ut aliquem de vestris ad hoc ydoneum feria secunda *aut tali die* ad cenam *in illum locum* dirigatis, qui nos cum sufficienti conductu ad vestrum monasterium perducat, omnes vero, qui visitacioni nostre interesse tenentur, ut presentes sint quacumque excusacione postposita, mandamus. Datum in *Pomuk*.³⁾

24.

1357. 21. December. *Wilhering*. — *Abt (Wernhard von Wilhering) bittet den Bischof Gottfried von Passau, seinen Professen M. zum Diakon zu weihen.* Datum in *Wilhering* MCCCLVII Thome apostoli. [F. 15.]

25.

(1339—1359.)... (Goldenkron.) — *Abt Ludolf (I.? II.?) von Goldenkron (Sancta Corona)*⁴⁾ *sendet dem Abte von Wilhering (Hylaria) den Professen dieses Stiftes, Michael, zurück.* [F. 15.]

26.

(1339—1359.)... (Goldenkron.) — *Reisepass für den genannten Wilheringer Professen Michael.* [F. 15.]

27.

(1333—1350.)... — *Abt Fr. bittet den Abt H(ermann) von Wilhering, den Ueberbringer des Schreibens aufzunehmen.* [F. 15.]

¹⁾ Nach sine *dubio* durchstrichen.

²⁾ 1349—1385 (vgl. Sellner a. a. O. S. 118).

³⁾ Nepomuk in Böhmen.

⁴⁾ Bei Krumau in Böhmen. Ludolf I. erscheint urkundlich 1339, 24. IV., — 1349, 22. VII., Ludolf II. 22 II. — 1. V. 1359 (vgl. *Pont. rer. Austr.* II. 37, XV; »Studien und Mittheilungen aus dem Bened.-u. dem Cist.-Orden« VI. 2, 362 ff.).

28.

(1333—1350.)... — Ein Abt ersucht den Abt H(ermann) von Wilhering, seinen Professpriester.. aufzunehmen. [F. 15.]

29.

1354. — Reisepass für den Professpriester L., ausgestellt von dessen Abte P. [F. 15.]

30.

(1370—c.1381.)... (Wilhering.) — Abt Johannes I.) von Wilhering¹⁾ bittet den Abt von Baumgartenberg (P[awmgartenberg]), den Ueberbringer des Schreibens (frater talis sacerdos et monachus) aufzunehmen. [F. 15', 16.]

31.

... — Reisepass für einen Ungenannten. [F. 16.]

32.

(C. 1381—1385.)... (Wilhering.) — Abt P(etrus)²⁾ von Wilhering sendet den Fr. M. in dessen Professhaus (Sedlec) zurück. [F. 16.]

33.

(C. 1381—1385.)... (Wilhering.) — Reisepass für den genannten Professoren des Stiftes Sedlec (Zedlicz),³⁾ Fr. M. [F. 16.]

34.

... — Ein Abt wird um die Aufnahme des Professpriesters Johannes ersucht. [F. 16.]

35.

1359. — Bitte an einen Abt, einen ungenannten Professpriester von Heilsbronn (Halsbrunn),⁴⁾ quem propter hospitalitatem intolerabilem aliasque causas legitimas commode nobiscum non potuimus reservare, aufzunehmen. [F. 16.]

36.

(1359. 5. Mai. Wilhering.) — Abt W(ernhard) von Wilhering übersendet dem Abte Joh(annes II. von Säussenstein?) dessen Professpriester N. mit der Bitte, ihn wieder aufzunehmen. [F. 16.]

37.

1359. 5. Mai. (Wilhering.) — Reisepass für den erwähnten (Säussensteiner?) Professoren. Datum LIX dominica, qua cantatur Misericordia. [F. 16.]

38.

(1333—1349.) 1. October Krems. — Abt H(ermann) von Wilhering ersucht die Mauteinnehmer zu Stein, Ips und Linz (Stain, Ybsa, Lineza),

¹⁾ 1370— c. 1381.

²⁾ C. 1381—1385.

³⁾ Bei Kuttenberg in Böhmen.

⁴⁾ In Mittelfranken.

quatenus (*tot ternarios vini*) per mutas vestras transire libere permittatis nichil inde exigentes, presertim cum gratiam nobis per illustres duces *Austrie* factam in huiusmodi libertate cognoscatis¹⁾ scientes, quod exactionem principis expedivimus de hoc vino.

Datum *Chremse* anno L Remigii confessoris.²⁾ [F. 16.]

39.

1358. ... (*Wilhering*). — *Abt Otto von Ebrach urkundet über seine Visitation des Stiftes Wilhering.*

[F. 17] **Kartha octava.**

Nos frater *Otto* dictus abbas in *Ebera* anno domini MCCCLVIII in *die tali* filiam nostram in *Wilhering* in Christo nobis dilectam secundum formam [ordinis] visitantes omnes ibidem deo sub religionis habitu famulantes astringimus ad inviolabilem observanciam submissorum.

In primis. Cum nostre visitacionis effectum ad hunc finem non immerito dirigamus, per quem divini officii cultus ac rigor monastice discipline, que, proh dolor, in hac domo plurimum defecerunt, salubriter reformari et in antiquam et devotam consuetudinem possint reduci, idcirco auctoritate paterna districte et in virtute obediencie domino abbati, priori et subpriori precipimus, ut ad augmentum divini officii in choro nocturnis ac diurnis horis diligencius intendant omnes, qui ipso (!) officio interesse poterunt, ut intersint et devote perficiant, striccius compellendo nullique liceat quovis modo sine speciali licencia presidentis chorum (!) egredi. Omnes quoque generales licencias hucusque habitas tam de exitu chori vel³⁾ ambitus auctoritate paterna amputamus. Iuvenibus eciam seriose mandamus, ut cantum et cetera, que ad divinum officium pertinent, cum diligenti studio addiscant. In quibus omnibus premissis si quis priori vel presidenti inobediens et negligens repertus fuerit, ammoneatur semel et iterum, ut se emendet. Quod si non fecerit, pro quolibet premissorum penam levis culpe tribus diebus faciat uno eorum in pane et aqua. Nullus eciam ad ordines promoveatur, nisi legere et cantare competenter sciat.

Item cum carniū esus in statutis papalibus sit sic moderatus, quod persone ordinis merito debeant contentari, quare sub pena excommunicacionis firmiter precipimus, ut in absencia domini abbatis nulla persona huius domus, cuiuscumque officii vel status existat, seniore domino⁴⁾ excepto carniū uti presumat sine scitu

¹⁾ Vgl. Meiller, *Babenb. Reg.* S. 64, 65, 69.

²⁾ Damit steht das Necrologium von Engelszell (Hs. im Wilheringer Archive) im Widerspruch; hier ist nämlich als Todestag des Abtes Hermann der 11. September (1350) angegeben.

³⁾ Vgl. c. 7 *tam pro defectu segetum vel aggravacione debitorum.*

⁴⁾ Der resignierte Abt Heinrich von Säusenstein (vgl. Nr. 10)?

et certa licentia domini abbatis, de qua priori vel eius locum tenenti clare non constiterit. Prior vero potestatem habeat infirmis, quociens expedit, licentiam dandi comedendi carnes in absentia domini abbatis, prout viderit necessarium [F. 17.] et oportunum.

Item quia per excessum lingue multa scandala et pericula noscimus¹⁾ in ordine evenisse, eapropter fractores silencii caucius precipimus observari et transgressoribus penam in diffinicionibus contentam indispensabiliter volumus infligi. Quam si terna vice fecerint nec se correxerint, habitus regularis eisdem per mensem auferatur.

Item cum sacri canones religiosum lusorem ac scurrilem ab officio censeant retrahendum, domino abbati et aliis presidentibus serioissime mandamus, quatenus super huiusmodi excessibus diligentissime intendant, et si quem lusorem ad taxillos²⁾ vel septa monasterii sine licentia egressum invenerint, pro ludo taxillorum tribus mensibus privetur habitu regulari et singulis sextis feriis disciplinam regularem in capitulo recipiat; qui vero extra portam sine licentia³⁾ inventus fuerit exivisse absque necessitate pena fugitivorum puniatur.

Item quia dampnum insperatum incidit qui prudenter et sollicite futuris periculis non occurrit, idcirco domino abbati firmiter precipimus, ut iuxta formam in regula traditam causas ac negocia ardua, tam in spiritualibus quam in temporalibus monasterium tangencia cum consilio seniorum tractet et disponat. Ipsis quoque senioribus ad consilium pertinentibus in virtute sancte obediencie precipimus, ut quocienscumque ad consilium vocantur, omni excusacione postposita celeriter venire non obmittant et quilibet quod secundum suam conscienciam sibi videtur faciendum discrete et caritative proponat. In quo si quis domino abbati inobediens vel rebellis fuerit, sequenti die in capitulo disciplinam recipiat regularem et porcione sua vini et pitancie careat illo die.

Item cum secundum regularia instituta monachis nichil preter victum et vestitum licet habere, domino abbati et omnibus officialibus, quorum interest conventui providere, in ipsorum peccatorum remissionem iniungimus et sub debito obediencie precipimus, ut tam in victualibus quam in vestimentis sic ipsis provideant, ut propter penuriam et defectum nec murmurare nec ab obediencia qualibet se retrahere audeant vel presumant,⁴⁾ sicut dicti officiales nostram indignacionem in futura visitacione voluerint evitare.

¹⁾ *noscimur.*

²⁾ Nach taxillos ein Wort getilgt.

³⁾ Nach licentia *sine* durchstrichen.

⁴⁾ *presumat.*

Possessionum distracciones, pensionum vendiciones, debitorum augmentaciones, personarum recepciones simpliciter fieri prohibemus nisi secundum ordinationem domini Benedicti pape et de nostra licencia speciali.

Hanc autem kartam ante futuram visitacionem alternis mensibus coram omnibus in capitulo recitari volumus, ne aliquis de ignorancia quomodolibet se valeat excusare.

40.

1358. 25. April. (Säusenstein.) — *Abt W(ernhard) von W(ilhering) visitiert das Stift Säusenstein und hinterlässt die charta visitationis.*

[F. 18] **Karta nena.**

Anno domini MCCCLVIII feria quarta proxima post dominicam, qua cantatur *Iubilate*, nos frater *W(ernhardus)* dictus abbas in *W(ilhering)* filiam nostram in *Valle Dei* in Christo nobis dilectam personaliter visitantes subscripta volumus [ab omnibus] ibidem deo famulantibus inviolabiliter observari.

In primis Cum ista domus quantum ad religionis fervorem et puritatem monastice discipline ex divina gracia sit famosa et fuerit ab antiquo, dominum abbatem, priorem, subpriorem¹⁾ et ceteros, ad quos magis spectat, monemus benigniter (!) et hortamur, quatenus eundem fervorem et pristinam²⁾ devocionem conservent et augmentent, maxime ut divinum officium in choro cantores sic moderent in incipiendo et exaltando, quod conventus sine magno gravamine possit persequi et adimplere.

Item cum obediencia et humilitas tocius religionis custos et preservatrix esse sciatur, statuimus et ordinamus, ut quicumque in capitulo vel extra presidentibus se proterve opposuerit verbo vel facto cum pena panis et aque³⁾ et disciplina regulari puniatur et hoc tocies, quociens in hoc culpabilis fuerit repertus.

Item cum silencium tocius religiositatis stabile fundamentum esse dinoscatur, omnibus personis⁴⁾ huius domus professis indicimus silencium sollicite custodire. Qui vero nostris, ymmo potius tocius ordinis mandatis in hoc rebelles reperti fuerint et a quocumque super hoc proclamati penam in diffinicionibus editam indispensabiliter sustineant. Nulli eciam omnino liceat colloquium habere post completorium decantatum sub eadem pena.

Item volumus et mandamus, ut per ordinationem domini abbatis, prioris, cellerarii et aliorum, quos sibi duxerint associandos, census seu proventus huius monasterii clare registrentur et conscribantur, ne iuvenes ad hunc devotum locum confluentes

¹⁾ *supriorem.*

²⁾ *Nach pristinam disciplinam durchstrichen.*

³⁾ *agua.*

⁴⁾ *Vorher de.*

in posterum propter defectum seniorum dampna et incommoda successu temporis quomodolibet in victualibus contingat sustinere.

Possessionum distracciones, pensionum vendiciones, personarum recepciones, debitorum augmentaciones nisi de nostra licencia speciali fieri prohibemus.

Hanc autem kartam VI vicibus ante futuram visitacionem in capitulo recitari volumus, ne cuiquam ignorancie excusacio quomodolibet valeat suffragari.

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Eine neue Publication über die Regel des heiligen Benedict.

Von P. Edmund Schmidt in Metten.

Unter dem Titel „Textgeschichte der Regula S. Benedicti“ hat Ludwig Traube, der an der Universität München Paläographie und Handschriftenkunde dociert, eine Abhandlung¹⁾ veröffentlicht, die in einigen katholischen Zeitschriften mit grosser Anerkennung besprochen worden ist. In den Historisch-politischen Blättern²⁾ rühmt P. Rupert Jud, O. S. B., dem Verfasser „Noblesse“, „ruhigen, vornehmen Ton“, „von liebevollem Verständnis getragene Sprache“ nach. Obschon diese Dinge eigentlich nur Geschmacksache sind, muss ich doch fragen, sind wir Katholiken, speciell wir Benedictiner, so weit, dass wir uns schon gleichsam bedanken müssen, wenn ein Schriftsteller nicht im Tone wüster Polemik über uns herfällt? Wenn eine ruhige, würdige Sprache nicht einmal mehr in den Publicationen einer königlichen Akademie der Wissenschaften zu finden wäre, wo sollte sie dann noch eine Stätte haben? Aber auch abgesehen davon kann ich jenes Lob nicht unterschreiben. Mehr als einmal entschlüpfen dem Verfasser ohne Grund Ausdrücke, die seine Geringschätzung zu erkennen geben; „liebevolles Verständnis“ darf man also nicht erwarten.

Besprechung hat die Abhandlung noch im „Historischen Jahrbuch der Görresgesellschaft“³⁾ vom Privatdocenten Carl Weyman (München) und in der „Revue Bénédictine“⁴⁾ von D. Jean Chapman O. S. B. (Erdington, England) gefunden. Letzterer beginnt also: „Il est sans doute quelque peu humiliant pour un bénédictin, fier des traditions littéraires de son ordre, de devoir remercier le Dr. Traube du travail remarquable qu'il

¹⁾ Abh. der kgl. bayer. Akad. der Wiss., III. Cl. XXI. B. III. Abth. 599—731.

²⁾ 122. Bd. S. 385 ff.

³⁾ XIX. Bd. S. 726 ff.

⁴⁾ XV. Jahrg. S. 503 ff.